Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26485
Copyright: Admont, Benediktinerstift



recolendo memorie minime excidunt
Acceptabilior ē sensib; lectio tacita
quā apta; amplius enī intellectus instru
itur: quando uox legentis quiescit.
& sub silentio lingua mouetur: Nam
clare legendo & corpus lassatur: & uocis
acumē obtunditur: De contēplatione
I.xv. Actiua uita innocentia & actione
ē bonorū operū: contemplatiua spe
culatio supnorum. Illa cōmunis
multorū ē: ista vo paucorū; Actiua
uita mundanis reb; bene utitur: cōtē
platiua vo mundanis renuntians. soli
dō uiuere delectatur. Qui prius in acti
ua pficit uita: ad contemplationem
bene conscendit; merito enī in ista
sustollitur: qui in illa utilis inuenitur.
Quicumq; adhuc aut temporalem
glam. aut carnalē adfectat concupis
centiā. ad contemplationē ascendere phibebitur.
ut positus in actualis uitę operatio
ne purgetur. In ista enī prius p exer
ciciū boni operis cuncta
exhaurienda sunt vitia: ut in illa iam